

Lib. H. D. vestrum seu Custodum et ministrorum quorumcunq; & predictorum bonorum Custodiam Deputatorum vel quovis modo subduci Contigerit strictam & Diligentissimam Inquisitionem & indigat. omnibus vijs & modis (quibus id legitime fieri possit) facietis & fieri Curetis ac quascunq; personas quas ad veritatem in hac parte docendam secta crucandam necessarias aut oppurtunas videbuntur coram vobis seu Aliquibus duobus vestrum comparere faciatis easdemq; psonas & eorum quam libet de et Super quibuscunq; questionibus sive

p. 291 Interrogatorijs p'missa Concernentib. & præcipue de & Super Speciebus signis Indicijs numero pondere mensura quantitate & qualitate bonorum Rerum sive Apparatum & accessionum cujuscunq;. Navis quem & quæ furto auferri vel fraude aliqua abesse vobis Consteterit vel Suspectum fuerit per vos eis proponendis vigore juramenti Corporalis eorum cuilibet sui vestrum aliquem respective deferendi Examinetis & Interrogetis eorumq;. Dicta & Depositiones in Scriptis fideliter redigi faciatis ac ubicunq; seu in quorumcunq; manib. & Custodia sive ex deposito sive Empto seu alio titulo quocunq; vel mare vel terram tam infra Libertatem & ffrancheis quam extra Invenietis antedicta bona res merces & mercimonia seu navium apparatus & accessiones seu aliquem partem sive parcellam eorundem sic (ut præfertur) furto Ablata vel auferenda vel quacunq; obtentu seu colore subducta seu subducenda eadem omnia & Singula a detentoribus earundem exigatis in manus vestras Recipiat in Inventarium Redigatis & Sub Salvo & Securo Custodiatis sequestro donec a litera nobis in dicta Curia nostra in mandatis habueritis Mandantes Ex parte dcæ Duæ nræ Rnæ & quatenus eos omnes & singulas quas p examinationem vel alios modos p'd invenietis antedicta bona res merces & mercimonia sive Navium apparatus & accessiones vel aliquam partem sive parcellam eorundem recepisse emisse nactos esse habuisse aut habere in præsentis Si eadem vobis retradere & deliberare vel Condignam pro eisdem Compensationem facere renuerint seu recusaverint nec non illos qui harum Executioni Obstabunt cujuscunq; Conditionis & Status fuerint realiter Arrestatis & p Scapulas capiatis seu arrestari & per Scapulas Capi faciatis ac eos sub salvo & Securo Custodiatis Arreste donec sufficientem Cautionem cum fide jussoribus idoneis interposuerint de personaliter Comparendo coram Iudice Cur p'd ejusve surrogate in aula Communi hospitij Dnorum Advocatorum infra parochiam Scti. Benedicti prope Ripam paulinam Londini notorie Scituat Centesimo die post Arrestum hujusmodi in hac parte fact. si Iuridicus fuerit alioquin & die Iuridico ex tunc proxo Sequen horis Causarum ibidem ad jura reddend consuetis præfatæ Dūæ nræ Rnæ in quadam Causa speciali ac Civili &